



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 44. Parisinorum Deputati ad Regem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.
A. C. 1588.

§. XLIV.

Parisinorum Deputati ad Regem.

Thuan. l. 90. Interea Parisini quosdam ad Regem
Mexer. ab- ablegare, ipsumque sollicitare,
reg. Chron. imo eundem quoque pœnitentium
t. 3. p. 327. more, ac habitu adire decreve-
Maimb. l. 3. rant, quapropter suum animi proposi-
tum Fratri Angelo Joyosæ Capuccino
aperiunt, qui mox annuens, ipse sup-
plicantium agmen ducebat, ac spinea
corona capiti, atque ingenti cruce hu-
meris imposita unacum reliquo apparatu,
omnibusque personis, quæ ad exhiben-
dam dominicam Passionem alias ad-
hiberi solebant, Christum in monte
Calvariæ morientem repræsentabat,
toto autem itinere a ceteris Psalmi, &
Lytaniæ decantabantur, tamque con-
cinno ordine incedebatur, ut hoc sup-
plicantium agmen exeunte Mense Maio
Carnuti Cathedrali Ecclesiam eo tem-
pore ingrederetur, quo Rex ibidem
vespertinis laudibus intererat. Hi Ec-
clesiam ingressi voce admodum lugubri
Psalmum quinquagesimum, qui inci-
pit: *Miserere* decantabant, ac duo Cap-
pucini denudatum Fratris Angeli dor-
sum duris ictibus verberabant, hic ve-
ro, ceterique pœnitentes ad Regis pe-
des provoluti vociferabantur: *miseri-*
cordia! misericordia. Ad hoc spectacu-
lum

VIIIX 2

lum non pauci ad pietatem moveban- Sæcul XVI.
A C 1588.
tur, plures tamen alii rem ludibrio
exceperunt, imo & Bironius Marefcal-
lus fraudem latere suspicatus Regi au-
ctor exstitit, ut omnes hosce pœniten-
tes comprehendi juberet. Verum hic
Princeps illos perbenigne excipiens, Pa-
risinis veniam indulgere promisit, dum-
modo in obsequium redirent.

§. XLV.

*Senatus quosdam ad Regem ablegans,
Regisque responsum.*

Interim Regina Mater se Guisio Duci Thuan. Es
Mem. de la
Lig. p. 395.
nimium favisse pœnitens cum adhuc
Regi Filio quamdam saltem auctorida-
tis partem sartam servare niteretur,
Achillem Harlæum primum Senatus
Præsidem clam admonebat, ut Sena-
tores nonnullos a suo ordine delegatos
ad Regem mittant, qui motum recen-
tem excusarent, & Senatum in pote-
state ejus futurum publice testarentur.

Perceptis Reginae monitis quidam
Præses, quatuor Senatores, & Joannes
Gueslæus Procurator Generalis able-
gati Carnutum contendant, qui a Rege
perbenigne excepti eidem testatum
reddebant, quod ejus discessum non-
nisi ægerrime ferrent, proin illum ro-
garent, ut Parisios reverti vellet, cum

Hist. Eccles. Tom. L. O o omnes